

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Strabonis Geographicorum [geographicorum] Lib. XVII**

**Strabo**

**Basileae, 1539**

[Initiale]

**urn:nbn:de:bsz:31-67095**



# STRABONIS

## GEOGRAPHICORVM

### LIBER DECIMVSQVARTVS.



ELIQVVM est, ut de Ionibus Caribusq; dicamus, & de ora quę trans Taurū est, quam Lycij habent & Pamphyli & Ciliees. Nam hoc modo tota Cherronesi peragratio ad finem perducta erit, cuius Isthmum diximus transitū, qui ex Pontico mari fit in Issicum. Ionix circunnavigatio secus terram est mille ferē & quadringentorum & triginta stad. propter sinus, et propterea quod regio multas peninsulas efficit. Longitudo uero in rectum non fanē multa.

Quare ab Epheso Smyrnam usq; recto itinere stadia sunt trecenta ac uiginti. Nam usq; in metropolim centum ac uiginti, reliqua sunt Smyrnam usq;. Circunnavigatio autem paulo minus quā duo millia & ducenta. Milesiorum itaq; & Caricorū montium à Posidio Phoceam usq; & Hermum est Ionix oræ terminus. Pherecydes dicit Miletum & Miuntem ad hanc oram pertinere, & Cares prius Mycalensia & Ephesia habuisse. Sequentem uero oram Leleges usq; Phoceam & Chium & Samum, cui Anancæus imperauit, & utrosq; ab Ionibus eiectos in reliquas Carix partes euasisse. Addidit etiam Androclum Codri Atheniensium regis legitimum filium, primo Ionum colonix postea Æolicæ imperasse, atque Ephesum condidisse. unde Ionum regiam ibi constitutam dicunt, & adhuc qui ex eo genere sunt reges nominantur, & honores quosdam habent, in certaminibus quidem præsentiam, & purpuram regij generis insigne & scipionem pro sceptro, & Cereris Eleusina sacra. Miletum Neleus condidit, qui genere Pylus fuit. Melenij ac Pylj quandam inter se cognationem fingunt, quapropter posteriores poetæ Nestorem Melenium dicunt, & multos ex Pylj cum Melantho Codri patre Athenas concessisse, ac totam hanc gentem cum Ionibus coloniam misisse. Ara uero quam Neleus condidit, in Posidio ostenditur. Cydrelus Codri filius nothus Myuntem condidit. Androcopus Lebedum, loco quodam occupato nomine Arta. Colophonem Andremon Pylus, ut Minermus in Nanno dicit. Prienen Æpytus Nelei filius. Posterius etiam Philotas gente ex Thebis deducta. Teum prius quidem Athamas, quapropter Anacreon eam Athamantida uocat. In Ionica colonia Naclus Codri filius nothus, & post eum Pœgnas & Damathus Athenienses, nam ex Bœotia fuit. Erythras Gnopus, atq; hietia Codri filius nothus. Phoceam Athenienses cum Philogene, Clazomenas Paralus, Chium Egertius, mixtam multitudinem ducens. Samum Tymbrion, ac deinde Patrocles. Nam hæ sunt duodecim Ionix ciuitates. Postea ad Ioniam Smyrna assumpta est Ephesiorum opera. Nam cum eis olim habitabant, cum Ephesus Smyrna uocaretur. Nam & Callinus eam sic in quodam loco nominauit, cum Ephesios in oratione ad Iouem Smyrnæos uocat, ut *σμυρνάεις δ' ἐλέησου*, id est Smyrnæorum miserere. Smyrna Amazon fuit, quæ Ephesum tenuit. Ab ea & homines & urbs dicitur, sicut à Sisyriba, quidam ex Ephesijs Sisyrbei dicebantur, & locus quidam Ephesi Smyrna uocabatur quod Hipponax significat, ut ponē urbem in Smyrna habitabat inter Tracheam &

*Ionix descrip.*  
*Miletus.*  
*Miūs.*

*Anancæus.*  
*Androclus.*

*Ephesi cōditor*  
*Ionum regia.*  
*Melanthus.*  
*Codrus.*  
*Cydrelus.*

*Ionix urbi*  
*um catal. et au*  
*thores.*

*Miuntis cōdit.*  
*Androcopus.*  
*Lebedum.*

*Arta.*  
*Andremon.*  
*Priene.*

*Æpytus.*  
*Teus.*  
*Philotas.*

*Naclus.*  
*Pœgnas.*

*Damathus.*  
*Erythrai.*

*Gnopus.*  
*Phoea.*

*Clazomenæ.*  
*Chius.*

*Samus.*  
*Callini locus.*

*Smyrna Ama*  
*zon.*  
*sisyriba.*

& Lepram  
muri urbis  
pria dicitur  
est, antiqui  
eam quæ f  
pone urbe  
cedentes, e  
ges eum te  
quæ nunc  
runt, & cu  
Minnerm  
rit bellis in  
autre wils  
iugruis no  
de d' agra rlu  
iugruis rpy  
luis d' asuy  
deuy Barla  
Nos Pyl  
Oram A  
Ac primo a  
Author  
Inde per A  
Sponte  
Ac de h  
sumpto, a  
me urbes f  
dymeofac  
incensum e  
autem dei  
sacrilegij p  
ximum, qu  
habitation  
oraculum  
fabula est.  
Hinc ad ur  
us eam sup  
leto Creten  
quæ ibi est  
quæ nunc  
sunt huius  
titudo. N  
complura  
ac Lerum  
Abydum,  
terranea T